



Etiam in gratia  
 Quis nulli debet fortunatissimus illi  
 Peccat qui alio, lectus oculus est  
 Quis si quis dicens vocem dixerit, illi  
 Hic ita res domi comoda grata fiet  
 Quis si potest, ut grandis esse temptat  
 Proponit vocem, dicitur in humilia,  
 Hic sortis sapias, Epuram quereas fusta  
 Quis si manz fmas, quod fuerit morades

MORVS

Quis  
 Res grandis est dicit, potest tamen videri  
 Si sua det prope se morante ubi



FINIS  
 COLLEGE LIBRARY

**P. Gvidij Nasonis Acta  
morphoseos liber primus.**

*Handwritten text in a Gothic script, likely a title or introductory passage, partially obscured by the image below.*



1517



## Quidij.

Et liquidum spisso secrevit ab ethere coelato  
 Que postq̄ evoluit: ceco que exemit aceruo  
 Dissociata locis concordi pace ligavit  
 Ignea connexi vis et sine pondere coeli  
 Emicuit summaq; locum sibi legit in arcu  
 Proximus est aer illi leuitate: locoq;  
 Densior bis tellus: elementaq; grandia traxit  
 Et pressa est granitate sui: circumfusus humor  
 Ultima possedit: solidumq; coerevit orbem  
 Sic vbi dispositam. quisquis fuit ille deorum  
 Longeriem secuit: sectamq; in membra redegit

### ¶ Fabula secunda

Ex terra cum omnia generata sint. omniumq; rerū  
 mater reperitur vt humanum genus cuncta vincat  
 Prometheus Japeti filius vt idem Hesiodus ostendit  
 et hominem ex humo finxit. cui Mercuria spiritus  
 inuulsiit *resisti mhos d' quareat / vt d'p rotanda / c' m'ra q' d'p'it / & i' qualib*

**P** Rincipio terram: ne non equalis ab omni  
 Parte foret. magni specie glomeravit in orbis  
 Tum freta diffudit. rapidisq; tumescere ventis  
 Iussit et ambitu circumdare littora terre  
 Addidit et fontes et stagna immensa lacusq;  
 Fluminaq; obliquis cinxit declivia ripis  
 Que diuersa locis partim sorbentur ab ipsa  
 In mare perueniunt partim campoque recepta  
 Liberios aque. pro ripis littora pulsan  
 Iussit et extendi campos subsidere valles  
 Fronde tegi hylas: lapidosos surgere montes  
 Et que due dextra coelum: totidemq; sinistra

# Metamorphoseos

Parte secant zone. quinta est ardentior illis  
Sic onus inclusum numero distinxit eodem  
Cura dei toridem plage tellure premuntur  
Quarumq; media est. non est habitabilis esu  
Mixtegit alta duas. toridem inter vtramq; locant  
Temperiemq; dedit mixta cum frigore flamma  
Imminet bis aer. qui quanto est pondere terre  
Pondere aque leuior. tanto est onerosior igne  
Illic et nebulas. illic consistere nubes  
Iussit. et humanas motura tonitrua mentes  
Et cum fulminibus facientes frigora ventos  
His quoq; non passim mundi fabricator habendum  
Aera permisit. vix nunc obsistitur illis  
Cum sua quisq; regat diuerso flamina tractu  
Quin latent mundum. tanta est discordia fratrum  
Eurus ad aurozam nabat eaq; regna recessit  
Perfidaq; et radijs iuga subdita matutinis  
Desper et occiduo que littoza sole tepescunt  
Proxima sunt zephyro. scythiam septemq; triones  
Mortifer inuasit boreas. contraria tellus  
Nubibus assiduis. pluuioq; madescit ab austro  
Nec super imposuit liquidum et grauidate carentem  
Aethera. nec quicq; terrene fecis habentem  
Dix ita limitibus discreperat omnia certis  
Cumq; pressa diu massa latere sub ipsa.  
Sydera coeperunt toto efferuescere coelo.  
Meu regio foret vlla suis animalibus orba  
Astra tenent coeleste solum formeq; deorum  
Lasserunt nitidis habitande piscibus vnde  
Terra. feras cepit volucres agitabilis aer

# Quidū.

Seperata terra erat a ceteris elementis. sed homo  
 nondum natus ipsius terre futurus cultor ac dñs Fra  
 g Prometheus Zapeti filius terram hymbri mollivit.  
 et ex hac hoīem ad dei similitudinē et imaginem finxit  
 cuius facies non prona vt cetera animalia esset: nō ter  
 ram sed celum spectaret crecta

Sanctius his animal: mentisq; capacius alte  
 Decrat adhuc et quod dominari in cetera posset  
 Natus homo est: si uc hunc diuino semine fecit  
 Ille opifex rerum mundi melioris origo  
 Sine recens tellus seductaq; nuper ab alto  
 Aethere cognati retinebat semina coeli  
 Quam satis Zapeto mixtam fluxuibus vndis  
 Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum  
 Prona q; cum spectent animalia cetera terram  
 Os homini sublime dedit. coelumq; videre  
 Jussit et erectos ad sidera tollere vultus  
 Sic modo que fuerat rudis. et sine imagine tellus  
 Induit ignotas hominum conuersa figuras

## Fabula Tercia

Ex quo chaos tenebrosum iniecta luce discussum est  
 et discretis elemētis factem hanc tam clarā mundus  
 accepit. deinceps quasi in etates quāsdā in secula quat  
 tuor distributum est. hoc est aureum et argenteum aere  
 um et ferreū. quibus pro qualitate sui ascripta sunt no  
 mina Nam aur enim seculum dictum est Quo Satur  
 no regnante omnium rerum erat plena tranquillitas.  
 non furo: semiebat armoum. non amicitia hominū fluc  
 tibus commiserat vitam et cessantibus rastro inarata  
 grandas fruges terra pmebat. ociosa erat ac secura vi  
 ta mortalibus ac sine vicissitudine tpm continuaveris  
 grā fruebant Deinde secundum seculum argenteū ab  
 auro colore nigravit. tum primum et estus ardentior  
 celi et grauiora frigora incubere mortalibus Tūc me  
 ditata domorū tutiora secreta Antea em aut in antris  
 A i q



# Quidū.

<sup>no subest</sup> Nec renouatus ager grauidis canebat aristas  
<sup>longe h. lat. sp. p. quoniam</sup>  
<sup>et arboribus</sup> Flumina iam lactis. iam flumina nectaris ibant  
Fluuaq; de viridi stillabant ilice mella

## Caesula quarta

Ca saturno aurei seculi rectore coeli arce deiecta te  
neret Iuppiter mundum. sic ipse mundus quattuor ac  
dieria tempora coartauit. vt ver: quod fuerat ante ve  
num semper ad serenam tranquillitatem continuus in  
partem anni quartam: et angustissimum coegerit tem  
pus. vt huic succederet et ardor estatis. et tercio seque  
tur autumnus infida temperies. et post hec totus annus  
rigida hyeme concluderetur. Que quattuor tempora  
veris exordio qualitatem imitarentur et ordinem se  
culum.

<sup>postquam Saturnus mortuus est et missus in loca tenebrarum gl.</sup>  
<sup>postquam Saturnus mortuus est et missus in loca tenebrarum gl.</sup>  
Quis saturno tenebrosa in tartara missus  
Sub ioue mundus erat subijt argentea proles.

<sup>postquam Saturnus mortuus est et missus in loca tenebrarum gl.</sup>  
Duro deterior. sulno preciosior aere  
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris  
Demprensus est usq; et in equales autumnos  
Et bene ver spacij exegit quattuor annum  
Tum primum siccis aer feruoribus vsus  
Canduit et ventis. glacies a stricta pependit  
Tum primum subire domos domus antra fuerunt  
Et densi frutices. et iuncte cortice virge  
Tum primum longis cerealia sulcis  
Obruta sunt. pressiq; iugo gemere iuueni  
Tercia post illam successit enea proles  
Senior ingenys. et ad horrida prompto arma  
Non scelerata tam en. de duro est vltima ferro  
Protinus irrupit vene peioris in eum  
Dumhe nefas. fugere pudor. verumq; fidesq;  
In quorum subire locum fraudesq; dolique  
Insidiasq; et vis. et amor sceleratus habendi.  
Vela dabat ventis. nec adhuc bene nouerat illos

*Argentea argentea  
Istam qui sub ioue  
amperio erat p q sa  
tuena a ioue vigne  
de pulso est et ad iouem  
si carere detur sub. M  
in tartara missi sunt  
qui mortu*

*Hec in equalib.  
Sicut autoros na auto  
no modo figuris qd  
sue modo coloribus  
dicitur dicit morbo sub  
bipar. est vero autum  
solis recessu a nobis ad  
ea loca vnde flant a  
autum tibi Pompei  
dicit est pro. sed max  
colitis frutibus hunc op  
augmisse in*

*Tremat et biginda  
et pluat dipthaga et  
qua tior glabro pro  
vel dignitas = fuisse  
et su pro et in vultu  
dicitur. Vel quinda  
postea hinc in vltim  
fallata fuerit pro  
dixerit in  
Deposid hinc i mita  
dioro. Nam vini i  
tunc melius dicit  
epia metallo et lupi*

# Metamorphoseos.

Manita, queque diu steterant in montibus altis  
 Fluctibus ignotis insultare carine  
 Communemq; pauca cetera lumina solis et aure  
 Lautus humum longo si gnauit limite messor  
 Nec tantum segetes alimentaqs debita diuca  
 Poscebatur humus, sed itum est in viscera terra  
 Quisq; recondiderat, stigisq; admouerat vmbros  
 Effodiuntur opes irritamenta malorum  
 Jamq; nocens, ferrum, ferroq; nocentius aurum  
 Proderat, prodit bellum, quod pugnat utroq;  
 Sanguineaqs manu crepitantia concutit arma  
 Vinitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus  
 Non foecer a genero, fratrum quoq; gratia rara est  
 Amminet exirio vir contingis, illa mariti  
 Lurida terribiles miscent aconita nouere  
 Filia ante diem patrios inquirat in annos  
 Dicta iacet pietas, et virgo cede madentes  
 Vltima celestium terras asirea reliquit

## Fabula quinta

Gigantes nomine immese molis et similis matri su  
 lios parens terra progenit, quorum magnitudini par  
 exarsit audacia. Illa exructis in excessus aggerem mo  
 tibus sacriegas manus inuocere celestibus. Sed fulmi  
 num igne deieci impium genus poene sine cruore gene  
 rarunt. Nam sanguis eorum permixtus terre homines  
 procreauit haud longe ab origine discrepantes.

Mente foret terris securior arduus ether  
 Affectasse ferunt regnum celeste gigantes  
 Altaq; congestos struxisse ad sidera montes  
 Tum pater omnipotens misso perfrexit olympum  
 Fulmine et excussit subiectum pelion osse;  
 Obvuta mole sua cum corpora dire iacerent

Responsum appellamus  
 et illud qui de spatio  
 suscipit alud et qui sus  
 cipit in  
 Cor est pa verus  
 et restit ad genit  
 Senex est maritus filie  
 invidiosus de sum mudo  
 pallidus quasi corid  
 loco et hinc  
 hanc  
 Infusa filia fuit giga  
 et respicit in spina et a post pro  
 infusa respicitur in

Responsum appie dicit non  
 affectasse ferunt regnum celeste gigantes  
 de q idem ad post  
 pignora natura in  
 Olympus quidem et o  
 mentis sui vult ab spem  
 quos gigantes ad spem  
 per eos alud equanimiter  
 Olympus ad q rito amittit in

## Ouidij.

Perfalsi multo natoꝝ sanguine terram  
 Inmaduisse ferunt. calidumq; animasse cruorem  
 Et ne nulla sine stirpis monumenta manerent  
 In faciem vertisse hominum. sed et illa propago  
 Contemptrix superum. seuq; auidissima cedis  
 Et violenta fuit. Icires e sanguine natam

## Fabula sexta

De gigantum sanguine nati. quam sacrilega mente  
 verlati sunt Lycaonis testatum exemplum. qui tyran-  
 nus arcadie cum aduenas hospites trucidaret et etiã io-  
 nom in se accendit iratum Nam Iuppiter humani sce-  
 leris imparcis in deos querimonia delata hominis spe-  
 cie simulata ad Lycaonis regiam venit. cui Lycaon tã-  
 q; mortali preparans mortem prius humana membra  
 deuoranda velut hospitali humanitate apposuit Que  
 postq; iuppiter sensit. non eum penitus interemir: ne  
 supplicij amitteret sensum. sed in lupi sententiam formati.  
 conuertit. qui et mores in rabiem. et nomen Lycaonis  
 in appellationem seruariet Non contentus fuit Iuppi-  
 ter cereris homines vnus Lycaonis terrere supplicio  
 nisi in genus oume sentiret Inde deniq; tantam iussit  
 aquarum copiam redundare vt operis diluuiò mon-  
 tibus cuncti homines interirent.

9. De pater vt summa vidit saturnius arce  
 Ingemit. et factò nondum vulgata recenti  
 Foeda lycaonie referens conuiuia mense  
 Ingentes animo dignas Ioue concipit iras  
 Conciliumq; vocat. tenuit mora nulla vocatos  
 Est via sublimis coelo manifesta sereno  
 (Lactea nomen habet) candore notabilis ipso  
 Hac iter est superis ad magni tecta tonantis  
 Regalemq; domum. dextra leuq; deorum  
 Atria nobilium valuis celebrantur apertis  
 Plebs habitat diuersa locis. a fronte potentes

# Metamorphoseos

Coelicoleriq; suos posuere penates  
Hic locus est. quem si verbis audacia detur  
Maud timeam magni dixisse palacia coeli  
Ergo. vbi marmores superi sedere recessu.  
Lelsio: ipse loco. sceptroq; innixus eburno  
Terrificam capitis concussit terq; quaterq;  
Lefartem. cum qua terram. mare sydera mouit  
Talibus inde modis ora indignantia soluit  
Non ego pro mundi regno magis anxius illa  
Tempestate sui. qua centum quisq; parabat  
Injicere anguipedum captiuo brachia coelo  
Nam. quamq; ferus hostis erat. tamen illud ab vno  
Corpore et ex vna pendebat origine bellum  
Nunc mihi qua totum ncreus circumsonat orbem  
Perdendum est mortale genus. per flumina iuro  
Infera sub terras stygio labentia luco  
Cuncta prius tentanda. sed immedicabile vulnus  
Ense recidendum est ne pars sincera trabatur  
Sunt mihi semidei: sunt rustica numina fauni  
Et nymphæ. satyrq; et monticole silyani  
Quos quoniam coeli nondum dignamur honore  
Quas dedimus certe terras habitare sinamus  
An satis o superi tutos fore creditis illos  
Cum mihi. qui fulmen. qui vos habeoq;. regoq;  
Struxerit insidias notus feritate lycaon  
Contremuere omnes. studijsq; ardentibus ausum  
Talia deponcunt. sic cum manus impia senit  
Sanguine cesario romanum extinguere nomen  
Attonitum tanto subite terrore ruine  
Humanum genus est. totusq; perhorruit orbis  
Nec tibi grata minus pietas angustie tuorum

## Quidij.

Quam fuit illa iomi qui postq̄ voce thantq̄  
 Murnura comp̄ressit tenuere silentia cuncti  
 Substitit vt clamor: pressus gravitate regentis  
 Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit  
 Ille quidem penas (curam hanc dimittere soluit)  
 Quod tamen admissum que sit. vindicta: docebo  
 Contigerat nostras infamia temporis aures  
 Quam cupiens falsam summo delator olympo  
 Et deus humana lustris sub imagine terras.  
 Longa mora est. quantum noxe sit vbiq̄ reperit  
 Enumerare minor: fuit ipsa infamia vero  
 Menala transieram latebris horrenda ferarum  
 Et cum cylleno gelidi pyneta licei  
 Arcados hinc sedes et inhospita tecta tyranni  
 Ingredior. trabrent cum sera crepuscula noctem  
 Signa dedi venisse deum. vulgusq̄ precari  
 Cooperat. irridet primo pia vora lycaon  
 Morat experiar deus hic discrimine aperto  
 An sit mortalis. nec crit dubitabile verum  
 Nocte grauem somno nec opina perdere morte  
 De parat. hec illi placet experientia veri  
 Nec contentus eo est. missi de gente molossa  
 Obsidis vnus iugulum mucrone resoluit  
 Atq̄ ita semineccs partim fruentibus artus  
 Dedit aquis. partim subiecto torruit igni  
 Quos simul imposuit mensis. ego vindice flamma  
 In dominum dignos euerti tecta penates  
 Territus ipse fugit. nactusq̄ silentia ruris.  
 Exultat frustra q̄ loqui qui conatur ab ipso  
 Colligit hos rabiem. soliteq̄ cupidine cedis  
 Ditur in pecudes et nunc quoq̄ sanguine gaudet

# Metamorphoseos

In villos abeunt vestes. in crura lacerti  
Fit lupus. et veteris sernat vestigia forme  
Lancies eadem est. eadem violentia vulnus  
Idem oculi lucent. eadem feritatis imago est

## Œfabula septima

Œ Tu ppit er propter audacia lycaonis ceterosq; tro-  
talium. qui sceleribus suis atq; deorum potentia tempo-  
prabant Itaq; orbem terrarum profusis imbribus in-  
undauit Et cum dyo pietate ceteros mortales antecel-  
sissent Deu calion Promethei filius. ac Pyrrha eadem  
soro: atq; coniunt et Parnaso monte Proluuiem ynu-  
brum effugissent. sorte monti Themidis. que co tempo-  
pore antistes terre fuisse traditur a deis venias accepe-  
runt per preces generande prolis Ita vt lapides post  
tergum iacerent. ex quibus homines nascebantur et a  
Deucalione missi in viros vexabantur a pyrtha autem  
in foeminas

o *Lcidit vna domus. sed non domus vna perire  
Digna fuit. qua terra patet fera regnat erythra*

In facinus irasse putes. dentocius omnes  
Quas mernere pati (sic stat sententia) poenas  
Dicta Jouis pars voce probant. stimulosq; frementis  
Adijciunt alij partes assensibus implent  
Est tamen humani generis iactura dolori  
Omnibus. et que sit terre mortalibus orbe  
Forma futura rogant. quis sit laturus in aras  
Thura feris ne paret populandas tradere terras  
Talia querentes (sibi enim fore cetera cure  
Rex superum trepidare vetat sobolemq; prior  
Dissimilem populo promittit origine mira  
Jamq; erat in totas sparsurus fulmina terras  
Sed timuit. ne forte sacer tot ab ignibus ether  
Concipere et flammis. torusq; ardesceret axis

## Ouidij.

Esse quoq; in fatis reminiscitur. affore tempus  
 Quo mare. quo tellus correptaq; regia coeli  
 Ardeat et mundi moles ope rosa laborez  
 Zela reponuntur manibus frabricata cyclopuum  
 Plena placet diuersa. genus mortale sub vndis  
 Perdere. et ex omni nimbos dimittere coelo  
 Protinus eolijs aquilonem claudit in antris  
 Et quecunq; fugant inductas flamina nubes  
 Emitq; notum. madidis notus euolat alis  
 Terribilem picea tectus caligine vultum  
 Barbagrauis nymbis. canis fluit vnda capillis  
 Fronte sedent nebule. rotant penneq; sinusq;  
 Vtq; manu late pendentia nubila pressit  
 Fit frago et densi funduntur ab ethere nymbi  
 Nuncia Junonis vatios induta colores  
 Concipit iris aquas. alimenta nubibus affert  
 Eternuntur segetes. et deplorata colonis  
 Vota iacent. longiq; perit labor. irritus anni  
 Nec coelo contenta sua est iouis ira. sed illum  
 Ceruleus frater iuuat auxiliarijs vndis  
 Conuocat hic amnes. qui postq; tacta tyranni  
 Intrauere sui. non est hortamine longo  
 Nunc ait vtendum. vires effundite vestras.  
 Sic opus est. aperite domos. ac mole remota  
 Fluminibus vestris totas immitite habenas  
 Iusserat hi redeunt. ac fontibus ora relaxant  
 Et defrenato voluntur in equora cursus  
 Ipse tridente suo terram percussit. at illa  
 Intremuit motuq; vias patefecit aquarum  
 Expaciata ruunt per apertos flumina campos  
 Runq; satis arbusla simili. pecudesq; virosq;

# Metamorphoseos

Tecta quecumq; suis rapiunt penetralia sacris  
Si qua domus mansit. potuitq; resistere tanto  
In delecta malo. culmen tamen altior huius  
Vnda regit. pressaq; latent sub gurgite turres  
Famq; mare et tellus nullum discrimen habebant  
Omnia pontus erat. decrant quoq; littoza ponto  
Occupat hic collem. cymba sedet alter adunca  
Et ducit remus illic. vbi nuper ararat  
Ille super segetes. aut merse culmina ville  
Nauigat hic summa piscem deprendit in vltro  
Figitur in viridi (sic fors tulit) anchora priato  
Aut subiecta tegunt curue vineta carine  
Et modo qua graciles gramen carpsere capelle  
Nunc ibi deforme ponunt sua corpora phoce  
Mirantur sub aqua lucos vrbesq; domosq;  
Mereidis. siluasq; senent delphines. et altis  
Incurfant ramis. agitaq; roboza pulsant  
Nec lupus inter oues. fuluos vebit vnda leones  
Vnda vebit tigris. nec vires fulminis apro.  
Erura nec ablato profunt velocia ceruo.  
Quesitq; diu terris vbi sistere possit  
In mare lassatis volucris vaga decidit alis.  
Obauerat tumulos immensa licentia ponti  
Pulsabantq; noui montana cacumina fluctus  
Maxima pars vnda rapitur quibus vnda pepercit  
Illos longa domant inopi ieiunia victu  
Separat aonijs actis phocis ab aruis  
Terra ferax. dum terra fuit. sed tempore in illo  
Pars maris. et latus subitarum campus aquarum  
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus  
Mouine pernasus. superatq; cacumina nubes

## Ouidij.

Idic ubiqz deucalion (nam cetera traxerat equos  
 Cum consorte tori parua rati vectus adhesit  
 Corycidas nymphas. et numina montis adorat  
 Fatidicamqz themin. que tunc oracula tenebat  
 Non illo melior quisqz. nec amantior equi  
 Vir fuit. aut illa reuerentior vlla deorum  
 Iuppiter vt liquidis stagnare palludibus orbem  
 Et super esse virum de tot modo millibus vnani  
 Et super esse videt de tot modo millibus vnani  
 Innocuos ambos. cultores numinis ambos  
 Nubila disiecit. nymbisqz aquilone remotis  
 Et coelo terras ostendit. et etbera terris  
 Nec maris ira manet. positoqz tricuspide telo  
 Dulcet aquas rector pelagi. supraqz profundum  
 Extantem atqz humeros innato murice tectum  
 Ceruleum tritona vocat. conchaqz sonanti  
 Inspirare iubet. fluctusqz. et flumina signo  
 Jam renocare dato. caua buccina simitur illi  
 Torilis in latum. que turbine crescit ab imo  
 Buccina: que in medio concepit vbi aera ponto  
 Littora voce replet sub vtroqz iacencia phoebo  
 Cum quoqz vt ora dei madida rozantia barba  
 Contigit et cecinit iussos inflata recessus  
 Omnibus audita est telluris et equoris vndis  
 Et quibus est vndis audita coercuit omnes  
 Jam mare littus habet. plenos capit alucis amnes  
 Flumina subsidunt. collesqz exire videntur  
 Surgit humus. crescunt loca decrescantibus vndis  
 Postqz diem longam nudata cacumina silue  
 Ostendunt limumqz tenent in fronde relictum  
 Redditus orbis erat. quem postqz vidit apertum

## Metamorphoseos

Et desolatas agere alta silentia terras.  
Deucalion lacrimis ita pyrham affatur aboris  
O soror o coniunx. o femina sola superstes  
Quam commune mihi genus. et patruelis origo  
Deinde totus iunxit. nunc ipsa pericula iungunt  
Ter rarum quascumq; vident occasus et ortus  
Nos duo turba sumus. possedit cetera pontus  
Nec quoq; adhuc vite non est fiducia nostre  
Certa satis terrent etiam nunc nubila mentem  
Quis tibi si. sine me satis crepta fuisses  
Nunc animus miseranda foret: quo sola timorem  
Ferre modo posses: quo consolante dolores  
Namq; ego (crede mihi) si te quoq; pontus haberet  
Te sequeretur coniunx. et me quoq; pontus haberet  
O utinam possem populos reparare paternis  
Artibus atq; animas formate infundere terre  
Nunc genus in nobis restat mortale duobus  
(Sic visum est superis) hominq; exempla manentis  
Dixerat. et flebant: placuit celeste precari  
Numen: et auxilium per sacras querere sortes  
Nulla mora est. adeunt pariter cephisidas vadas  
Et nondum liquidas: sed iam vada nota secantes  
Inde ubi libatos irrorauere liquoris  
Vestibus et capiti. flectunt vestigia sacre  
Ad delubra deo. quorum fastigia turpi  
Pallebant musco. stabantq; sine ignibus are  
Ut templi tetigere gradus. procumbit vterq;  
Pronus humi gelidoq; panens dedit oscula saxo  
Atq; ita. si precibus dixerunt numina iustis  
Dicta remollescunt: si flectitur ira deorum.  
Dic themi qua generis damnum reparabile nostrum.

Arte sit: et inersis ser opem mitissima rebus  
 Nota dea est. sortemq; dedit. discite templo  
 Et velate caput. cinctasq; resoluite vestes  
 Ollaq; post tergum magne iacrate parentis  
 Obsupnere diu. rupitq; silentia voce  
 Pyrra prior iussisq; deo parere recusat  
 Deq; si bi veniam pavidio rogat ore pauetq;  
 Ledere iactatis maternas ossibus umbras  
 Interea repetunt cecis obscura latebris  
 Verba date sortis secum. inter seq; volutant  
 Inde promethides placidis epimethida dictis  
 Dulcet. et aut fallax ait est solertia nobis  
 Aut pia sunt: nullumq; nefas oracula suadent.  
 Magna parens terra est. lapides in corpore terre  
 Olla reor dicit. iacere hos post terga iubemur  
 Coningis augurio quamq; titania mora est  
 Spes tamen in dubio est adeo celestibus ambo  
 Diffidunt moritis. sed quid tentare nocebit?  
 Discedunt videntq; caput. tunicasq; recingunt  
 Et iussos lapides sua post vestigia mittunt  
 Saxa (quis hoc credat: nisi sit pro teste vetustas)  
 Ponere duriciem cepere suumq; rigorem  
 Molliriq; morat. mollitaq; ducere formam  
 Mor vbi creuerunt. naturaq; mitior illis  
 Contigit. vt quedam: sic non manifesta videri  
 Forma potest hominis. sed vti de marmore cepta  
 Non exacta satis. rudibusq; simillima signis  
 Que tamen ex illis aliquo pars humida succo  
 Et terrena fuit. versa est in corporis vsum  
 Quod solidum est. flectiq; nequit: mutatur in ossa  
 Que modo vena fuit. sub eodem nomine mansit.

# Metamorphoseos

Inqz breui spacio superiorum numina saxa  
Missa viri manibus faciem traxere viroꝝum  
Et de foemineo reparata est femina iactu  
Inde genus durum sumus. experiensqz laboranti  
Et documenta damus. qua simus origine nati

## ¶ Fabula octava

¶ Post Cathaclifinon factum edidit terra Pbitonelli  
serpentem speciem ignota mortalibus. Nunc apollo  
sagittis interemit. et ne eius aboleret nomen. instituit  
ludos et certamina. que iam in his ludis ostendit. Qu  
de efficit apollo Pbitius est appellatus ludiqz pbitij

Cetera diuersis tellus animalia formis  
Sponte sua peperit postqz vetus humor ab igne  
Percaluit solis. cenumqz vdeqz paludes  
Intumuerunt. secundaqz femina rerum  
Diuaci nutrita solo cœu matris in aluo  
Creuerunt. faciemqz aliquam cepere morando  
Sic vbi deseruit madidos septenflus agros  
Nilus. et antiquo suo flumina reddidit alues  
Æthericoqz recens exarsit sydere limus  
Plurima coltores versis animalia glebis  
Inueniunt: et in his quedam modo cepta per ipsam  
Nascendi spacium. quedam imperfecta. suisqz  
Trunca vident humeris. et eodem corpore sepe  
Altera pars vivit. rudis est. pars altera tellus  
Quippe vbi temperiem sumpsere humorqz calorqz  
Concipiunt et ab his oriuntur cuncta duobus  
Cumqz sit ignis aque pugna. vapor humidis omnes  
Res creat et discors concordia fetibus a pœa est  
Ergo vbi diluuium tellus lutulenta recenti  
Solibus ethereis. altoqz recanduit estu  
Edidit innumeras species. partinqz figuras

Retulit antiquas. partim noua monstra creauit  
 Illa quidem nollet. sed te quoq; maxime phiton  
 Tum genuit. populisq; nouis incognite serpens  
 Error: eras. tantum spacij de monte tenebras  
 Nunc deus areitenens: et nunq; talibus armis  
 Ante nisi in damis capreisq; fugacibus vsus  
 Nulle grauem telis exhausta pene pharetra  
 Perdedit effuso per vulnera nigra veneno  
 Huc operis famam posset delere vetustas  
 Instituit sacros celebri certamine ludos  
 Phytia perdomite serpentis nomine dictos  
 Hic iuuenim quicumq; manu. pedibusue. rotaue  
 Dicerat. esculae capiebat frondis honorem  
 Nondum laurus erat. longoq; decetia crine  
 Tempora cingebat de qualibet arbore phoebus

¶ Fabula. nona

Daphne penei fluminis filia cum omniu virginū q̄  
 in Thessalia essent speciosissima haberet. adeo quides  
 vt deos pulchritudine sua caperet Apollo cum eā con  
 sperisset. forma eius expalluit Quam cum neq; pollici  
 tis neq; precibus adire potuisset. vim vt inferret. insti  
 tuit. et illa cursu conspectum eius effugere cupiens pa  
 trem inuocauit. vt virginitati sue. quam sibi permis  
 rat ferret auxilium. quam ille auditis precibus filie deo  
 rum vt vim effugeret. in laurum conuertit  
 Prius amor phoebi daphnepeneia. quem non  
 Sors ignara dedit. sed seua cupidinis ira  
 Delius hunc nuper victo serpente superbus  
 Viderat adducto flectentem cornua neruo.  
 Quidq; sibi lasciuie puer cum fortibus armis  
 Dixerat. ista decent humeros gestamina nostros  
 Qui dare certa fere. dare vulnera possumus hosti  
 Qui modo pestifero tot iugera ventre prementem

# Metamorphoseos

Stravimus innumeris tumidum pythona sagittis  
Tu face nescio quos esto contentus amores  
Irritare tua. nec laudes asserere nostras  
Filius huic veneris. figat tua omnia pheebe  
Te meus arcus ait. quantoq; animalia cedunt  
Luncta deo. tanto minor est tua gloria nostra  
Dixit: et eliso percussus aere pennis  
Impiger umbrosa parnasi constitit arce  
Atq; sagittifera prompsit duo tela pharetra  
Diversorum operum. fugat hoc. facit illud amorum  
Quod facit auratum est. et cuspidem figit acuta  
Quod fugat obtusum est. et habet sub arundine plumbum  
Iloc deus in nympba peneide fixit. at illo  
Lesit apollineas traiecta per ossa medullas  
Protinus alter amat. fugit altera nomen amantis  
Silvarum latebris captivarumq; ferarum  
Exuijs gaudens. innupteq; emula pheebe  
Vita coarcebat positos sine lege capillos.  
Multi illam petiere. illa aduersata petentes  
Impatiens expersq; viri memora amia lustrat  
Iloc quid hymen. quid amor. quid sint conubia curat  
Sepe pater dixit. generum mihi filia debes  
Sepe pater dixit. debes mihi nata nepotes  
Illa velut crimen tedas exosa ingales  
Pulchra verecundo suffundens ora rubore  
Inq; patris blandis herens ceruice lacertis  
Da mihi perpetua genitor carissime dixit  
Virginitate frui. dedit hoc pater ante diane  
Iste quidem obsequitur. sed te deco: iste. quod optas  
Esse vetat. voroq; tuo tua forma repugnat  
Phebus amat. visq; cupit conubia daphnice

## Quidū.

Quodq; cupit sperat. sua q; illum. oracula fallunt  
 Utq; leues stipule demptis adolentur aristas  
 Ut facibus sepes ardent: quas forte viator  
 Vel nimis admouit: vel iam sub luce reliquit  
 Sic deus inflammas abijt: sic pectore toto  
 Vritur et sterilem sperando nutrit amorem  
 Spectat inornatos collo penderē capillos  
 Equid si comantur ait. videt igne micantes  
 Sideribus similes oculos. videt oscula. que non  
 Est vidisse satis laudat digitosq; manusq;  
 Bachiāq; et nudos media plus parte lacertos  
 Si qua latent. meliora putat. fugit ocyor: aura  
 Illa leui: neq; ad hec renocantis verba resistit  
 Nymp̄ha precor: peneia mane. non insequor hostis  
 Nymp̄ha mane. sic agna lupum. sic cerua leonem  
 Sic aquilam pennam fugiunt trepidante columbe  
 Nolles quēq; suos. amor est mihi causa sequendi  
 Ne miserum ne prona cadas. indignave ledi  
 Crura notant sentes. et sum tibi causa doloris  
 Despera qua properas loca sunt. moderantius oro  
 Curre: fugamq; inhibe. moderantius insequar ipse  
 Qui placeas inquire tamen. non incola montis  
 Non ego sum pastor. non hic armenta gregesq;  
 Morridus observo. nescis temeraria. nescis  
 Quem fugias. ideoq; fugis. mihi delphica tellus  
 Et claros et tenedos: patarēq; regia seruit  
 Iuppiter et genitor. per me quod erit que. fuitque  
 Est que. patet: per me concordant carmina neruis  
 Certa quidem nostra est: nostra tamen vna sagitta  
 Tertior: in vacuo que vulnra pectore fecit  
 Inuentum medicina meum est. opiferq; per orbem

## Metamorphoseos

Dico: et herbarum subiecta potentia nobis  
Mei tibi quod nullis amor est medicabilis herbis  
Nec profunt domino que profunt omnibus artes  
Plura locuturum timido peneia cursu  
Fugit. cumq; ipso verba imperfecta reliquit  
Tunc quoq; visa decens. nudabant corpora ventu  
Obuiaq; aduersas vibrabant flamina vestes  
Et leuis impulsos retrodabat aura capillos  
Ducta fuga forma est. sed enim non sustinet ultra  
Perdere blandicias iuuenis deus. utq; monebat  
Ipse amor admissio sequitur vestigia passu  
Ut canis in vacuo leporem cum gallicus arno  
Vidit. et hic predam pedibus petit. ille salucent  
Alter in hesuro similis. iam iamq; tenere  
Sperat. et extenso stringit vestigia rostro  
Alter in ambiguo est. an sit comprehensus. et ipsis  
Morsibus eripitur. tangentiq; ora relinquit  
Sic deus et virgo est. hic spe celer. illa timore  
Qui tamen insequitur pennis adiutus amoris  
Ocyor est. requiemq; negat. tergoq; fugacis  
Imminet. et crinem sparsum cernicibus afflat  
Viribus assumptis expalluit illa. citeq;  
Victa labore fuge. spectans peneidos vndas  
Fer pater inquit opem. si flumina nomen habetis  
Qua nimium placuit tellus ait hisce vel istam  
Que facit. ut ledar mutando perde figuram  
Vix prece finita torpor grauis occupat artus  
Mollia cinguntur tenui p:ecordia libro  
In frondes crines. in ramos brachia crescunt  
Pes modo tam velox pigris radicibus heret  
Ora cacumen habent. remanet nitor vnus in illa

# Ovidij.

Hanc quoque pbebus amat positaque in stipite bettra  
 Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus  
 Complexusque suis ramos ut membra lacertis  
 Oscula dat ligno. refugit tamen oscula lignum  
 Luidens. at quoniam coniunx mea non potes esse  
 Arbor eris certe dixit mea semper habebunt  
 Te coma: te cithare: te nostre laure pharetre  
 Tu ducibus Ienis aderis. cum leta triumphum  
 Vox canet et longas vident capitolia pompas.  
 Postibus angustis eadem fidissima custos  
 Ante fores stabis. mediamque tuebere quercum  
 Utque meum intonsis caput est iuvenile capillis  
 Tu quoque perpetuos semper gere frondis honores  
 Finierat pcan. factis modo laurea ramis  
 Annuit: utque caput visa est agitate cacumen

## Fabul. x.

Iso Inachi amnis filia cum equales suas specie pce  
 deret. ab Ioue adamata est. qui admotis precibus desi  
 derium expleuit. et ne puella iunonis iram incideret. a  
 compressorem vaccam est transfigurata. cuius fallaciaz  
 iuno cum intellexisset. petit eam a Ioue velut munus si  
 bi daret vaccam. quia speciosissima erat ceteris armctj  
 que in peloponneso essent Iuppiter vero ne si negasset  
 proderet puellam. tribuit confestim Iuno autem ne ame  
 plius eius peller cum ioue concumberet Argum Iref  
 touis filium centum oculos habentem ei proposuit Que  
 Mercurius patris iussu interemit. et a casu et argipho  
 nos est cognominatus Iuno Argum quem ob custodi  
 am ille occiderat. involucrem pavonem transformavit  
 receptum in suam tutelam pennis insignibus. quibus  
 amissa lumina indicaret. ornauit.  
 Est nemus anonie. prerupta puod vndiqz claudit  
 Silva vocant tempe. per que peneus ab iuno  
 Effusus pindo spumosa voluitur vndis  
 Delectusqz graui tenues agitantia fumos

# Metamorphoseos

Nubula conducit: summisq; aspergine siluis  
Influit: et sonitu plus q; vicina fatigat  
Hec domus: hec sedes: hec sunt penetralia magni  
Annis in his residens facto de cantibus antro  
Vndis iura dabat. nymphisq; colentibus vndas  
Conueniunt illuc popularia flumina primum  
Nescia gratentur. consolentur ne parentem  
Populifer sperchius et irrequietus enipeus  
Eridanusq; senex. lenisq; amphisus: et eas  
Morq; amnes alij: qui qua tulit impetus illos  
In mare deducunt fessas erroribus vndas  
Inachus vnus abest. imoq; reconditus antro  
Fletibus auget aquas. natamq; miserimus io  
Luget vt amissam. nescit vita ne fruatur  
An sit apud manes. sed quam non inuenit vsq;  
Esse putat nusq;. atq; animo peiora veretur  
Viderat a patrio redcuntem iuppiter illam  
Flumine et virgo ioue digna tuoq; beatum  
Nescio quem factura toro. pete dixerat vmbas  
Aut horum. aut horu nemoru (et monstrauerat anabas)  
Dum calet et medio sol est altissimus orbe  
Quod si sola times latebras intrare ferarum  
Preside tuta deo nemorum secreta subibis  
Nec de plebe deo. sed qui celestia magna  
Sceptra manu teneo. sed qui vaga fulmina mitto  
Ne fuge me (fugiebat enim) iam pascua lerne  
Constraq; arboribus lycea reliquerat arua:  
Cum deus ad ducta latas caligine terras  
Occuluit. tenuitq; fugam. rapuitq; pudorem  
Interea medios iuno desperit in agros  
Et noctis faciem nebulas fecisse volucres

## Quidū.

Sub nitido mirata die non fluminis illas  
 Esse nec humenti sensit tellure remitti  
 Atq; sauis coniunx ubi sit circumspicit. vt que  
 Deprensi totiens bene nosset furta mariti  
 Quem postq; celo non repperit. aut ego fallo  
 Aut ego ledor ait. delapsaq; ab ethere summo  
 Constitit in terris. nebulasq; recedere iussit.  
 Coniugis aduentum presenserat. inq; nitentem  
 Inachidos vultus mutauerat ille iuuentam  
 Vos quoq; formosa est. speciem saturnia vacce  
 Quamq; inuita probat. nec non et cuius. et vnde  
 Quo ve sit armento veri quasi nescia querit  
 Iuppiter e terra genitam mentitur. vt autor  
 Desinat inquiri perit hunc saturnia munus  
 Quid faciat crudele suos abdicere amores  
 Non dare suspectum pudor est q; suadeat illud  
 Hinc dissuadet amor. victus pudor esset amore  
 Sed leue si munus socie generisq; toniq;  
 Vacca negaretur. poterat non vacca videri  
 Pellice donata non protinus exiit omnem  
 Bina metum. timuitq; iouem. et fuit anxia furti  
 Donce aristozide seruandam tradidit argo  
 Lentum luminibus cinctum caput argus habebat  
 Inde suis vicibus capiebant bina quietem  
 Cetera seruabant. atq; in statione manebant  
 Constiterat quocunq; loco. spectabat ad io:  
 Ante oculos io quamuis auersus habebat  
 Luce sinit pasci. cum sol tellure sub alta est.  
 Claudit. et indigno circumdat vincula collo  
 Fronibus arboreis. et amara pascitur herba  
 Proq; toto terre. non semper gramen habenti

## Metamorphoseos

In cubat in foelix. limosaq; flumina potat.  
Illa etiam supplex argo cum brachia vellet.  
Tendere. non habuit que brachia tenderet argo  
Et conata queri. mugitus edidit ore:  
Pertinuitq; sonos. propriaq; exterrita voce est  
Venit. et ad ripas ubi ludere sepe solebat  
Inachidas ripas. nouaq; vt conspexit in vnda  
Cornua. pertinuit. seq; externata refugit  
Maia des ignorant. ignorat et inachus ipse  
Que sit. et illa patrem sequitur. sequiturq; sorores  
Et patitur tangi. seq; admirantibus offert  
Decertas senior porregerat inachus herbas  
Illa manus lambit. patrisq; dat oscula palnis  
Nec retinet lachrymas. et si modo verba supersint  
Dret opem. nomenq; suum casusq; loquatur  
Vittora pro verbis. quam pes in puluere duxit  
Corporis indicium mutati triste pergit  
Me miserum exclamat pater inachus. inq; gementes  
Cornibus et niuee pendens ceruice iuence  
Me miserum ingeminat. tu ne es quesita per omnes  
Mata mihi terras: tu non inuenta reperta es  
Luctus erat lenior. retices nec nutua nostris  
Dicta refers. alto tantum suspiria ducis  
Pectore. quodq; vnum potes ad mea verba remigis  
Et tibi ego ignarus thalamos. tetaq; parabant  
Spesq; fuit generi mihi prima. secunda neporum  
De grege nunc tibi vir. et de grege natus habendus  
Nec finire licet tantos mihi morte dolores  
Sed nocet esse deum. preclusaq; ianua lethi  
Eternum nostros luctus extendit in eum  
Talia dicenti stellatus summoct argus.

## Quidij.

Ereptatq; patri diuersa in pascua natasti  
 Abstrahit. ipse procul montis sublimis cacumen  
 Occupat vnde sedens partes speculator in omnes  
 ¶ Iuppiter mittit Mercurium in habitu pastoris ad  
 argum supradictum interficiendum

Nec superam rector mala tanta phoronidos ultra  
 Ferre potest natumq; vocat. quem lucida partu  
 Pleias enixa est. lexboq; det imperat argum  
 Parua mora est. alas pedibus virgamq; potenti  
 Somniferam sumpsisse manu. tegimenq; capillis  
 Nec vbi disposuit patria Ioue natus ab arce  
 Desilit in terras. illic tegimenq; remouit  
 Et posuit pennas. tantummodo virga retenta est  
 Mac agit vt pastor. per deuia rura capellas  
 Dum venit adductas. et structis cantat auenis  
 Voce noue captus custos iunonius artis  
 Quisquis es. hoc poteris mecum considere saxo  
 Argus ait. neq; enim pecori fecundior vlllo  
 Verba loco est. aptamq; vides pastoribus vmbra  
 Sedit atlantiades. et euntem multa loquendo  
 Detinuit sermone. diem. iunctisq; cauendo  
 Vincere harundinibus seruantia lumina tentat  
 Ille tamen pugnat molles euincere somnos  
 Et quamuis sopor est oculorum parte receptus  
 Parte tamen vigilat. querit quoq; (namq; reperta  
 Filula nuper erat) qua sit ratione reperta

### ¶ Fabula. xij.

¶ Syrinx nympharum naiadum. que circa montes ar  
 chadie vagabantur. speciosissima proditur fuisse Quā  
 cū Pan Mercurij filius adamasset. et eam persequer  
 retur Lum ad amnem Ladona. Archadie compulisset  
 ne vi castitatem deponere cogeret: sororum auxilio is

## Martamordholeos

harundinem conuersa est: ex qua fistula est composita  
que nomine eius syrinx nūcupatur. cuius cantu argus  
in somnos compulsus est quo facilius cum Mercurio  
interficere posset

Tum deus archadie gelidis in montibus inquit  
Inter amadryades celeberrima nonacrinas  
Matas vna fuit. nymphe syringa vocabant  
Non semel et satyros eluserat illa sequentes  
Et quoscumq; deos. vmbrosa q; silua ferax q;  
Rus habet: ortygiam studijs ipsamq; colebat  
Virginitate deam. ritu quoq; cincta Diane  
Falleret et posset credi latonia: si non  
Cornuus huic arcus si non foret aureus illi  
Sic quoq; fallebat. redeuntem colle lyceo  
Pan videt hanc pinuq; caput precinctus acuta  
Talia verba refert. restabat verba referre  
Et precibus spretis fugisse per auia nympha  
Donec arcuosi placidum ladonis ad amnem  
Venerat. hic illam cursum impediētib; vndis  
Ut se mutarent liquidas orasse sorores  
Panatq; cum prensam sibi iam syringa putaret  
Corpore pro nymphe calamos tenuisse palustres  
Dumq; ibi suspirat motos in harundine ventos  
Effecisse sonum tenuem. similem q; querenti  
Arte noua vocisq; deum dulcedine captum  
Moc mihi consiliū tecum dixisse manebit  
Atq; ita disparibus calamis compagine ece  
Inter se iunctis nomen tenuisse puella  
Talia dicturus. vidit cyllenius omnes  
Succubuisse oculos. adoperatq; lumina somno  
Suppunit extemplo vocem. firmatq; soporem  
Languida permulcens medicata lumina virga

# Quidū.

Nec mora falcato nutantem vulnerat ense  
 Qua collo est confine caput. saxoq; cruentum  
 Dejicis et maculat perruptam sanguine rupem  
 Arge iaces quod q; in tot lumina lumen habebas  
 Extinctum est centumq; oculos nox occupat vna  
 Excipit hos volucrisq; sue saturnia pennis  
 Collocat. et gemmis caudam stellantibus implet

## (Fabula. xiiij.)

Ho supradicta cū furijs exagitata orbem terrarum p  
 currisse novissime in Aegyptum delata. ac placata Jui  
 none a Jove in prullina figuram reversa est Juidis deo  
 nomen accepit vigilansq; est appellata  
 Protinus exarsit: nec tempora distulit ire  
 Dorsū: ramq; oculis animoq; obiecit erinnyū  
 Pellicis argolice. stimulosq; in pectore cecos  
 Condidit. et profugam per totum terruit orbem  
 Ultimus immenso restabas nule labori  
 Quem simulacra tetigit. positusq; in margine ripe  
 Procubuit genibus. resupinoq; ardua collo  
 Quos potuit solos tendens ad sydera vultus  
 Et gemitu et lacrymis et luctisonoq; mugitu  
 Cum Jove visa queri est. finemq; orare malorum  
 Coniugis illi sue complexus colla lacertis.  
 Finit ut penas tandem rogar. inq; futurum  
 Done metus inquit. non q; tibi causa doloris  
 Nec erit et stygias iubet hoc audire paludes.  
 Ut lenita dea est. vultus capit illa priores  
 Fitq; quod ante fuit. fugiunt de corpore sete  
 Cornua decrescunt: fit luminis arctior orbis  
 Contrahitur rictus. redeunt humeriq; manusq;  
 Ungulaq; in quinos dilapsa assumitur vngues  
 De boue nil superest forme. nisi candor in illa

*Symphonius in rebus sunt prologi & eurythia  
Hinc inquit qd pro dicit qd ad egyptus hinc lincos vult d. O'ham  
quid d. ferebat vob lincos  
tis vrbant p in*

# Metamorphoseo 8

*Et paphus fuit p  
vob & qis in*

Officioq; pedum nymphe contenta duorum  
Erigitur. meruitq; loqui. ne more iuvence  
Mugiat. et timide verba intermissa retentat  
Nunc dea lanigera colitur celeberrima turba  
Nunc epaphus magni gemitus de semine tandem  
Creditur esse Jouis. perq; vrbes iuncta parenti  
Templa tenet. fuit huic animis equales et annis  
Sole satus phaethon. quem quondam magna loquentem  
Nec sibi cedentem pbeoq; parente superbum  
Non tulit inachides. matriq; ait omnia demens  
Credis. et es tumidus genitoris imagine falsi  
Erubuit phton. iramq; pudore repressit  
Et tulit ad clymenen epaphi conuicia matrem  
Quoq; magis doleas genitrix ait. en ego liber.  
Ille serox tacui. pudet hec opprobria nobis  
Et dici potuisse. et non potuisse refelli  
At tu. si modo sum celesti stirpe creatus  
Ede notam tanti generis. meq; asserere celo

*Non caput mico  
p'rb oravit na ab  
vrbant iat hinc  
vrb. Chinnu in  
p'rb. vrb. ep  
p'rb. fuf. p'rb. mico  
vrb. p'rb. in*

Dixit et implicuit materno brachia collo  
Perq; suum. micropisq; caput. tedasq; sororum  
Traderet. oravit veri sibi signa parentis  
Ambiguum est clymene precibus phaethontis an ira  
Mora magis ficti sibi criminis. vtraq; celo  
Brachia porrexit. spectansq; ad lumina solis  
Per iubar hoc inquit radijs insigne conuiscis  
Marte tibi iuro. quod nos auditq;. videtq;  
Illoc te quem spectas. hoc te qui temperat orbem  
Sole satum si ficta loquor. neget ipse videndum

*Phaeton in q  
Troia fuit in  
finita est vrb  
p'rb vrb. in*

De mihi. sitq; oculis lux ista nouissima nostris.  
Nec longos patrios labor est tibi nosse penates  
Unde oritur terre domus est contermina nostrae

## Quidū.

Si modo fert animus gradere: et citabere ab ipso  
 Emicat extemplo letus post talia matris  
 Dicta suae phaeton. et concipit aethera mente  
 Aethiopesq; suos. positosq; sub ignibus indos  
 Syderijs transit. patriosq; adit impiger ortus

Hoc opusculū foelici exitu ab industriō  
 viro Georgio Nicholff impensis Laure  
 tii Bornman aeneis typis excusum est  
 in preclara vrbē Monasteriēsi Westpha  
 lie metropoli nobilissima

~~... ab eo ...~~  
~~... possit ...~~  
~~... possit ...~~



... pro ...  
... possit ...

D. Qui. Naso. metamor.  
Liber Secundus

*Handwritten notes in a cursive script, likely a library or ownership stamp, partially overlapping the title.*



In graeculo Thrasonem credula iuuentutis et idem  
ru vulgo fucatis titulis Imponentem  
Mnemellij Duxemuden Carmen

et idem  
Joannis

My iuuentus, detur sportasos acris magistro  
Zij pulchris studiis, pectora vira colant  
Ne vos derorat timorem pueria canere  
Se quibus har vanda iulca iuuentus dicit  
